Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Thesaurus armorum spiritualium ultimo mortis conflictui comparatus et collectus - Cod. Donaueschingen 352

Villingen, Benediktinerkloster St. Georgen im Schwarzwald, 1733

Dritte Vorrede

urn:nbn:de:bsz:31-93309

Visual Library

# Quæstiunculæ quædam Ægrotanti proponendæ.

1. Charissime Frater! Nonne vis et mori, et vivere in soliditate fidei Jesu Christi tanquam verus Christianus?

R. Volo.

2. Nonne petis à Deo veniam peccatorum, quæ commisisti contrà eius Summam Maiestatem, et quòd eum condignè non honorâsti?

R. Peto.

3. Nonne tibi deliberatum eſt vitam tuam in melius commutare, ſi tibi incolumi hôc morbô liberari detur?

℟. Deliberatum eſt.

4. Nonne Deum rogas, suâ Bonitate tibi hanc gratiam indulgere, ut ab hoc Sancto propoſito non deflectas, ſed cum peccatorum Superiorum vera contritione Semper in bonis operibus proficias.

℟. Rogo.

5. Non es tibi conſcius alicuius peccati mortalis, de quo

Sacerdoti non ſis confeſſus?

R. Non.

6. Nonne de peccatis oblitis libens confitereris, ſi in mentem venirent?

R. Confiterer.

7. Nonne deſideras cor tuum à Deo illuminari, ut oblita peccata in memoriam revoces, et de iis confitearis?

R. Deſidero.

8. Nonne ex animo omnibus parcis, qui tibi quoquô modo fuerunt moleſti?

R. Parco.

9. Nonne omnibus veteribus inimicitijs, ex tuo depositis animo, cum inimicis paratus es in gratiam redire?

℟. Sum paratus.

10. Nonne ab ijs veniam postulas, quos aliquando dictis, aut factis offendisti?

℟. Postulo.

11. Nonne vis omnia per te ablata restitui.

℟. Volo.

12. Nonne omnem, quem pateris

dolorem, propter Deum æquô
animô toleras?
R. Tolero.